



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

XLIV. Ad moribundos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

lerabile. O Fili! Tolle fictam difficultatem: & placebit infirmitas, in qua summa latet felicitas. Quò dolor auctior, eò gloria tibi copiosior.

*Instructio meritoria.*

Morborum tempore omnes rejiciamus curas, & anxietates! De præteritis doleamus! De futuris in Deum confidamus! Soli patientiæ, & Christianæ fortitudini intendamus, per diem cum S. Laurentio Justiniano sæpius ingemiscetes! *Domine! Hic patientiam! Ibi indulgentiam!* Pro solatio afflictæ animæ dicamus illa tria de pluribus Martyribus Cantica: *Iustorum anima in manu Dei sunt &c.* Et Hymnò Ambrosianò finiamus *Te Deum Laudamus.* Amor debetur amanti. Magna agamus, dum sani in corpore; si infirmi, patiamur majora. Amor agendò firmatur; patiendò coronatur. Renuit regnum Dei, qui fortiter pati.

EXHORTATIUNCULA XLIV.

Ad moribundos.

L

**F**ili! Quorsum? Siccine ad domum æternitatis? Siccine ad beata gaudia nostra properat anima? Gratulor; quia tandem finis ærumnarum, quas tulimus in hoc flebili lachrymarum valle. O quantum jam vos expectant Jesus, Maria, & S. Josephus! O quantum Angeli, & Archangeli! Erigite mentem! Excitate cogitationes in spem vivam! Non mortem time, sed invitate.

*Instru-*

*Instructio meritoria.*

Comitem ut habeat pro æternitate, ecce! Jesum Crucifixum ei exhibeo. Capiat, & inter dulcia 34. Oscula jucundô Spiritu dicat: *Jesu! dulcis Amor! Quando veniam, & apparebo ante conspectum tuum, quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.*

## II.

**F**ili! Non terreant peccata! Non turbent præterita! Non cruciet vulnerata conscientia! En! Matrem misericordiæ! En! Advocatam ad thronum gratiæ! Nihil resistit Mariæ potestati; nihil repugnat Mariæ viribus; omnia obediunt Mariæ. Omnia serviunt Mariæ. Et ò tempus acceptabile! O Diem! O Horam salutis! Mariam brevi videbimus ipsi: Ecce! Jam appropinquat, in cujus pulchritudine, in cujus Majestate, anima vestra penitus defixa, æternum lætetur, gaudeat, & exulet.

*Instructio meritoria.*

Percutiamus humiliter pectora, & fiducialiter inclamemus, invitemus cœli Dominam cum Ecclesia: *Salve Regina! Mater misericordia, vita, dulcedo, & spes nostra salve! Eja illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens! O pia! O dulcis Virgo Maria!* Invocatô Nomine Matris

tris

tris etſi merita non mereantur invocantis, exaudiatur, merita Matris intercedunt, ut à Filio exaudiatur. Hoc vobis ſolacium dat in Viaticum S. Anſelmus Mariæ devotiſſimus.

## III.

**F**ili! Angelorum choris intereſſe, cum beatis ſpiritibus gloriæ Chriſti Jeſu aſſiſtere, præſentem Dei, Mariæ, & omnium Sancto- rum vultum cernere, nullô mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari, ô quot hæc moriturientium gaudia! His jam vos eſtis proximi. Lætamini in Domino! curas abjicite! ſolicitudines damnate! Si mala occurrant: Do- leamus, & Jeſu Paſſioni confidamus. Jam enim invitantis percipimus vocem: Venite! Qui laboratis, & onerati eſtis! Venite! Et ego re- ficiam vos. Hinc apertum cor ejus! Hinc bra- chia expanſa, ut vos recipiat in æterna Taber- nacula? Surge! Proſciſcere! Propera dilecta anima! Veni & accipe coronam, quam tibi Do- minus præparavit in æternum.

*Inſtructio meritoria.*

Omnes cogitationes, quibûs infirmam infeſtat animam diabolus, in vulnera Jeſu abſcondamus. Hæc ut pateant vobis, quin quies mecum ſuspira- te: *Jeſu! ad tua SS. vulnera deſiderat anima mea. In his dormiam, & requieſcam.* Fili! ut & ego ab amplexu meo vos non dimittam ſinè bene-

benedictione, & paternâ consolatione, promitto per 30. Dies quotidianam ipsius memoriam in precibus, & templis. Et si in suam coelestem venerit Patriam, recordetur mei, ut non quæram, nec diligam, nisi quæ sunt Jesu Christi. Jam vale, & eò perge, quò te vocat Dei voluntas. Tene, stringe Deum tuum, & hoc in omnia Sæcula. O felix anima! quàm vellem & ego dissolvi tecum.



INDI-